



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei  
Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, 1709**

XVIII. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](#)

B. Jacobus cùm Divinis operaretur , visibi-  
lem habuit Deiparam plurimorum San-  
ctorum Societate circumdatam , quæ illi ser-  
tum è floribus cœlestibus texuit , quo ipsum  
coronavit. Nād. Soli hi flores non marces-  
cunt, sed tales virent inter spinas.

B. Jacobe ora pro me Deiparam , ut cor-  
meum imminentium æternumque memo-  
riâ identidem excitet, neque permittat , ut ul-  
lius rei creatæ vanitati summum bonum post-  
ponā; ne futurorum improvidus pro momen-  
taneis æternam dem beatitudinem. Audi Ma-  
ter vota Filii, spinas hīc non subterfugio , mo-  
dò hæ mihi corollam pariant immortalem.  
O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissi-  
ma ! ego N. indignissimus filius tuus ex toto  
corde , omnibūsque tam corporis, quām ani-  
mæ viribus centies millies, imò infinites te sa-  
luto : te omni possibili omnium possibilium,  
& actualium creaturarum &c. fol. 19 .

Ad quod impetrandum : In templi accessu  
per Deiparam à Filio ejus audientiam petam,  
dicens : Per te accessum habeamus ad Filium  
O Sanctissima Virgo & Mater Dei.

Charitas illa , cuius impulsu opera miseri-  
cordiæ exhibuit mortalibus , omnium excel-  
luit creaturarum dilectionem. B. Albertus  
M. sup. miss.

Quæstio: An Deipara horam obitus sui sc̄i-  
verit ? v. Stengelium in hist. S. Gabriel. Arch.

XIX. AU-